

sime de his editionibus exposuit. Post has successit alia FRANCISCI PITHOEI, *Parisius* 1603. 8. descripta ex Tiliana & prima Pithoeana, sed quam sub specie emendationum subinde interpolauit, & ex auctiori & emendatiori Editione *Parisius* 1620. 8. Nouam eandemque accuratissimam & splendidam editionem adgressus est STEPHANVS BALVZIVS, qui *Capitularia Regum Francorum* ex Ansegisi atque Benedicti collectione edidit *Parisius* 1677. f. Has autem collectiones cum quatuor additionibus tales repræsentauit, quales ab auctoribus earum compositæ & secundum numeros ab antiquis adlegatos. Multis adiutus fuit Codicibus MSCTis, præcipue vero Codicibus Bibliothecæ Regiæ, Vaticanæ, ecclesiæ Bellouacensis, Diuionensi, Tiliano, S. Vincentii Metensis, Bigotiano, Pithæano, & Ripullensi. Nec tamen solum Capitula Caroli M. & Ludouici Pii edidit, sed etiam Caroli Calui, Ludouici Balbi, Carolomanni, Ortonis, Caroli III. Ludouici II. Capitula addidit. Adiecit Marculphi Formulas antiquas, cum appendice, aliasque formulas veteres secundum legem Romanam, quas Sirmondicas appellat, quia primum ex Sirmondi schedis fuerunt editæ. Sequuntur Bignonianæ, quas Hieronymus Bignonius ex Codice antiquo primum edidit: aliæ Marculphi, quas Fridericus Lindenbrogius in publicum emisit; & alias Formulas antiquas promotionum episcopaliū, exorcismorum & excommunicationum ex codici-

diebus antio  
ci PITHOEI  
scuriorum v  
bentur, atq  
formulas not  
vero Capitul  
simæ ipsius  
res Capitula  
fiderat enc  
cam Francia  
*Parisius Ann*  
III. Cap. V.  
sentur.

§. II. A  
Germanicu  
quasdam R  
mannorum e  
1530. 8. p  
pulum G  
ratim produ  
ta Lindenbr  
ro coniunx  
ROLDVS.  
Fuldensis L  
uit, Alem  
rum, Thur  
rum, Rip  
rum, We  
rum, Thi  
riginum ac  
Basilea 15